



Universitätsbibliothek Paderborn

**Homiliae Adm. Illvstris Ac R.dissimi Domini D. Fr.
Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriae
Episcopi Barbastrensis & Albarrazini Ord. FF.
Prædicatorum**

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, Anno M.DC.XLIX.

§.1. Sicut diabolus larua contectus mortem nobis in buccella infudit: ita
Christus laruatus in SS. Sacramento nobis vitam tribuit in alia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53084](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53084)

III. Circumstantie miraculi de quinque panibus.

Prima vice qua Christus de Divini huius e-
git institutione Sacramenti, sanctorum illud
præmisit miraculum quinque panum, quo sub-
venire dignatus est extremæ necessitati fami-
que illorum qui comites illi adhererant: quate-
nus per illud excellentiam ac delicias cibi cog-
nosceremus, quem nobis relinquere in animæ
volebat alimentum, in præstantia deliciarum & a-
bundantiæ cibi quo alimento providebat corpo-
ri. Multa in illo miraculo occurrerunt conside-
randa: primum: Redemptor noster hoc eo tempore
operatus est quo sui sequaces vidit omni de-
stitutos remedio: quandoquidē hoc distulerit do-
nec in montis verticem ascendisset à civitate
procul distitum ex quo difficilis erat ad illum re-
versus, ad alimenti panisque comparationem:
cum eam procul ab hominum recessissent multi-
tudine: ut ex eo pateret qualiter Deus in graui-
simis nostris necessitatibus remedij non obliuif-
catur opportuni. Misertus Deus Salvatorem no-
strum in mundum hominibus consolatorem:
*Isa. 61. 1. Spiritus Domini super me ut consolaver omnes lu-
gentes.* Dixit enim eo agente de morte sua eaque
adeo vicina, ut altero die mandanda foret execu-
tioni, omnes desolatione fore turbandos maxime
si nocerent quod ipsos solos desereret & abiret
nec enim minus operosum erat ad eius tunc
temporis recurrere solamem, quam dum in de-
serto se luxerunt fatigatos, fame confectos &
procul ab hominum consortio. Tunc igitur quā-
do iam omnis videbatur illis consolatio deficere
ex eius societatis absentia, festinus accurrit &
inter homines commotatur, in SS. Sacramento
quod instituebat.

Isa. 61. 1.

IV.

Quo plures erant panes, tanto sa-
piant populo
sauius.

Plures alias possemus expendere in illo mira-
culo circumstantias, quæ patiter in huius Divi-
na institutione interueniunt: porro hanc tau-
tum mihi assumo utpote proposito meo conue-
nientem, eaque hæc est: cum enim de populo fa-
me enecto possemus præsumere copiosius requi-
ri alimentum, & quantumlibet haberent, exi-
pium tamen videretur atque ex eo multo gra-
uius in eis fames accresceret ac desiderium ha-
bendi plura quibus vesceretur: tanta nihilominus
fuit panis abundantia quibus illum patie ut cum
perfectissime necessitati eorum subvenisset, fa-
memque satiasset qua opprimebantur eiusque
suauitate recreasset ut singulis sumentibus ex
panibus quantum volebant: *Distribuit discum-
benibus quantum volebant:* non obstante quod
absque parulis, mulieribus, & senioribus conui-
uæ ultra quinque millia conferentur, quo quis-
que tamen plura comedebat & secum deterebat,

illos gratiori reficiebat delectatione: *Collegerunt
duodecim copiosos fragmentorum,* ut enim erat
conuiuium quo Deus illos excipiebat, huius Di-
uini cibi symbolum, ut significaret quo plura
quis ex eius participat bonis plura sunt & sumen-
da & colligenda, quantumcumque crescat so-
limentum numerus, licet sit infinitus, plures
vult ut quanto plus ex illo panē famelici sone-
rent, plura tamen superessent: ad mensuram eni-
nim qua Diuinum hunc panē sumimus nobisque
bona hæc colligimus atque in nobis nota ad
plura desideria pronocamus, eadem mensura vi-
dentur augeti nobisque nouum excitare man-
uum, & facultatem ut illis fruamur, copiosius eni-
m caro & sanguis Dei qui nobis in illo so-
limentum proponitur. Insuper ut Redemptor noster
hoc indicet augmentum (ut Credo D. Aug.) in-
luit ut panes superessent integri, sed illos nati-
bus suis Diuinus accipiens sepius ut per hoc re-
gerentur, quorum reliquias præcepit Dominus
seruari, quo sciamus quod semper quasi serua-
superfuit bona ex cælesti hoc cibo delectati,
cum enim panis sit de cælo descendens tanta
prodesse potest si percipiatur in gratia. Ex illis
illa nobis adit de ipso acturis, quam nobis im-
petret Virgo Deipara quam cum Angelo salu-
mus: *Anc Maria.*

§. 1. Sicut Diabolus larua contedens mor-
tem nobis in buccella infudit: ita Chris-
tus laruatus in SS. Sacramento nobis
vitam tribuit in alia.

VT Diuinum plane honore dilectum
melliflui Doctoris D. Bernard, quo proba-
quod eodem ordine quo diabolus in hoc m-
mundo nostram inuexit mortem & perditionem,
eodemque medio quod elegit in nostram re-
nam, Deus introduxit remedium, eodem vitæ
medio quo nobis vitam infunderet. *In hoc appa-
ruit filius Dei, ut dissoluat opera diaboli:* nec
primum hoc obtinet locum quo nobis mortem
intulit, Christus igitur dissipaturus opera diaboli
nobis vitam caulauit, nec solum hoc, sed etiam
ea via qua satan mortem introduxit, nobis que
malum omne scaturit, nobis ipse vitam conuul-
indeque nobis profudit: omne bonum, si uis que
ad omnium conseruationem Diuina provideat. Et
ita singulis suum opposuit contrarium (ut notat
Diu. Augustin.) ut eo modo vniuersi stabili-
permaneret constitutio, certum erat ut in conser-
gratiz ad perpetuam eius conseruationem, qui uis
que

que suum daret oppositum. Probat hanc Doctrinam ex Eccles. Contra malum bonum est, & contra mortem vitam. Et sic inuere in omnia opera Altissimi: unum contra unum, duo contra duas, & non fecit quidquam in despectu. Malo, quod diabolus introduxit, bonum opposuit quod Christus in mundo operatus est, pro morte qua diabolus innoxit, vitam introducit, quam Christus nobis lucratus est; & hoc insidit, utendo me his. Cognoscit diabolus in homine quaedam desideria similitudinis Dei, obuia illi procedit, offerre illi manus plenas ac pronuntit iuventudinis eius impletionem: larvam in luit serpentis porrigit buccellam quam si comederit leuorem polleat de Diuitiis possessionem: Eius sicut *Dij serentes bonum Genitum*. Itaque larua formaque conuoluit serpentis, cum tamen diabolus non ellet conuoluit insinuat, rousque mortem intulit: tota h. mo. et. um, & dum ore bolum maricat in anima sibi mortem acquirit. Hoc medio dæmon vis est quo pellet nos in ruinam: hoc eodem igitur Ch. illis viuit ut nos lucretur eademque via ad vitam euocet qua diabolus nos in mortem detulit.

II. Redecere nos conatur Christus ad possessionem vite anime, in cuius mortem nos diabolus impulerat, & alio sicut ille vitur cibo & in eodem lauatus nobis per illum vitam triuit, nec solum sed insuper illa nostra desideria per dæmonem, defraudata facit ut verissime compleatur. Et sicut ut fraudulenter essemus sicut *Dij* nobis diabolus buccellam propinauit, qua ad belliarum naturam degenerauimus: ita quoque & vere essemus *Dij* participatiue Christus alteram nobis obtulit buccellam, in qua nos efficit efficique ut eius comestione nect a gaudeamus esse completa desideria. Larvam inluit diabolus ut stratagemam suam periceret in forma serpentis cum tamen non ellet, & Christus ut suum ad effectum perduceret laruam inluit, formam accipiens panis non tamen panis existens & ita in illo lauatus se nobis exhibet in cibum, ut quicumque illum ut decet comederet, vere Deus fieret per gratiam & vita viueret sempiterna: *Qui manducat hanc panem viuet in æternum.*

III. Quia non mala nobis ex illo venerunt cõtinuo quod diabolus nobis insinuat? Sarane sublectio: *A quo quis superatus est, huius est seruus est.* Ingressus est dæmon in caltrum illud in rupe situm primorum nostrorum parentum, & quam primum sibi subiecit, fortitudinem illam

& venustatem iustitiae destruxit originalis: *Isai. 10. 14. unum quasi nidum manus mea, fortitudinem populorum.* Nidum fortissimum manu sua Deus construxit. At quando illum ingressus est diabolus occidit fortitudinem, & nullo obstante impedimento nidum euerit, destruxit, itaque conuoluit ut puer illum inueniens: ona erupit & dissipauit quidquid in illo erat: *Et sicut colligitur oua qua derelicta sunt.* Quid plura? Per conuoluit nos diabolus deuicit, protra, evertit. Igitur per aliud conuoluit Christus omnes has insinuat ruinas, reparat caltrum virtutum in rupe situm in anima nostra, efficit ut recuperemus si non ex integro saltem ex parte prima illam fortitudinem & decorem primi illius status iustitiae originalis, oua reuocat ad vitam, de quibus omnia nostra bona scaturiunt: unico verbo per cibum Satanam superauit nosque eius reddidit victores. Hic cibus est **SS.** Sacramenti in quo fortitudinem acquirimus virtutum, vitam, & decorem gratiae, omnia denique bona quorum per diabolum fueramus passi naufragi unde inde nos in statum restituit respectu dæmonis multo sublimiorem, ipsoque prostrato & deuicto nostro triumphatores.

VII. Hac Christus in nobis reparauit. Locus huic proposito conueniens est ille quem *1. Reg. 17.* legimus. Dauid foreri sui Saul hostis immortis declinabat persecutionem, appulsiue die quodam in Nobe ubi sacerdos Achimelech morabatur, eum que ibi adesse notaret Doeg Idunæum seruum Saul pastorum omnium potentissimum, in sui statim forerit defensionem armæque poposcit a sacerdote Achimelech: *Si habes hic ad manum gladium aut hastam: da mihi: etenim inermis recessi nec gladio nec lancea armatus quo me defendam: cui sic sacerdos: Ecce gladius Goliath Philistinum quem percussisti in valle Terbinithi est inuolatus pallio post Ephod, si ipsum vult tollere, tolle: neque enim hic est alius absque eo.* Respondet Dauid: *Non est alter huic similis da mi illum:* hoc etenim me præmunitiam & contra aduersarium defendam.

VIII. Allegoria de Dauid. Casus fuit hic: Gigas illa machæra sua totum deuicit Israel, metam illi præfixit fortitudinis & quasi suo subiectum omnino imperio Baltheo suo desererebat alligatum, illanique ad certamen educebat. Descendit Dauid contra eum ad Monomachiam, gladiumque illi abstulit immatum & ipso inimicum iugulat victorque ex arena redit gloriosus: atque in signum quod hanc Deo referret victoriam gladium Deo consecrauit.

VII. Hac Christus in nobis reparauit.

VIII. Allegoria de Dauid.

F

XI: seclavit Anathema in tabernaculo Ephod lineo obuolutum tradiditque sacerdotibus custodiendum. Gladius hic carnis & humanitatem nostri significat Redemptoris: *Accingere gladio tuo super femur tuum potes vissime. Et in gladio suo duro visitabit.* Cum illa velut cum gladio lussit Christus in praelio contra diabolum & mortem: Quandoquidem morte humanitatis lux SS. illum deuicerit suosque prostrauit inimicos.

Gigas demonem praefigurat qui cum carne & humanitate velut machera homines lupera-
Gen. 6. 12. uic: Omnis caro corrumperat viam suam. Quia per appetitum sensitiuum potentiam carnis, & intemperantia quam illis persuasit, homines suo subugauit imperio: Accurrit David Christus Dominus, carnem assumit putam & omnis peccati expertem: quia carne licet esset amictus: *In similitudinem carnis peccati:* semper tamen munda fuit, eiusque SS. humilitas a peccato libera: carnem non assumpsit peccatricem, carnem Adae peccatis inuolutam & pollutam. Vagina est concupiscentia, quae nulla in Christo fuit: unde illam nudam sibi Christus accinxit illaque pro-

stravit Diabolum: *In diebus carnis suae.* O quam magnifica machera haec est SS. Sacramentum: inuolutum est carne & sanguine Christi sub lintheo mundo accidentium panis & vini traditum sacerdotibus: quia ipsis solis Christus eius commendauit ministerium: *Sic sacrificium istud instituit cuius officium commisit voluit: solum presbyteris.* Reseruatur in templo quia in illo hoc habemus in sacrario, quo opera dissipemus inimici, illum eueramus, illum superemus, & hominis vita restituatur quam illis hostis hic abstulerat: *Non est gladius similis huic:* non alius conuenientior: illum nobis exhibet sub specie cibi & potus: quo significetur quod sicut diabolus intentionis lux metas per cibum attingerat, ita Christus illam eius intentione euerteret suamque alio suo consequeretur: pretiosissimo scilicet corpore & sanguine in V. Eucharistia quam gladius ille Golia praefignauit oblatum & seruatum in templo presbyterique commendatum. Hoc caelesti cibo nobis vitam infundit bonaque refundit: quae cibo suo diabolus nobis abstulerat: *Gladius Golia:* in illo nos a subiectione vendicatur diaboli, fortitudinem quam in nobis enervauerat, restituit: quia caro & sanguis est Dei hominis quem in hoc SS. praesentem adoramus Sacramento.

§. 2. Hoc caelesti cibo Christus homines ad se allicit in quo Adae vincula renouantur.

Committuntur homines allicitur deuincuntur & quasi ligati trahuntur promissis quibus eorum perfectio latet: si desiderijs: sicut enim ordinarie intentionum suarum sectantur impletionem quibus suam replete possint vacuum: quamprimum illud aspiciunt licet a longe quod potest ipsis satisfacere, conuenientem illorum ad se trahe voluntatem: est enim domina vniuersalis cui obediunt: & sicut obiectum quod illam mouet trahitque post se, est hominum aequum in eius promissione bonum hoc aperitur, haec est quae tanto rapit post se impetum homines vt illos deueniat & quodammodo liget trahatque velut vinculis in sui sequelam. Nota est diabolo naturalis nostra inclinatio, & si quando a nobis conatur aliquid extorquere, quo nos habeat velut ligatos carereaque victos, vt suam affectuam intentionem, inuigila nobis promittit bona & licet falsa & appetentia tantum, tantam tamen in nobis vim exerceat, vt illis nos ducat trahatque ad quodcumque voluerit.

Appetitus primi hominis is fuit quo similitudinem affectauit Dei, Diuinitatis pigritia eius rapiebant desiderium: intelligit hoc diabolus atque vt hominem euerteret: falsis illi diuinitatis iuratae pollicitationes: *Eritis sicut Deus facti bonum & malum.* Promissis de Diuinitate factis hominem illaqueat & manibus pedibusque quasi constrictum detinet vt petioni eius condescendat fructumque comedat oblatum. Audiuit illum, obediuit illi & intentionem eius executus est & qui Deo similis esse debebat ad bestiarum deuoluitur similitudinem: *Comparatus est iumentis insipientibus & similibus factus est illis.* Intendit Christus hanc reparare iacturam & homo per ipsum recuperet quod per diabolum amiserat: & sicut ille tunc odio motus & exactione potuit illum obligare falsis de Diuinitate sponcionibus: ita Christus Redemptor noster totus amore flagrans hominumque desiderans hominum, illum similitudo verae Diuinitatis promissis obligare quatenus eum illis ligans velut fortissimis & tenuissimis vinculis ad illo, eius medio, obtineret quod demon suis & diis licet sponcionibus. In buccella veneno odij & abominationibus plena diabolus homini ligatur.